



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CXXXVII. De Expugnatione cujusdam propugnaculi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Hanno de Sangerhausen VII. Mag. Gen. Ord. Teuton.  
Conradus à Tierberg Senior IX. Magister Pruss. Prov.*

sequentes ipsos, tot occiderunt, quod nunquam à paucis hominibus uno die tot fuerunt interficti. (b) Captivi autem, qui ligati ducebantur à fratribus, dixerunt, quod vidissent in actu bellandi unam pulcherrimam Virginem vexillum fratrum in aëre ducentem, de qua visione tam meticulosi facti fuerunt, & emarcuit Cor eorum, quod nullus ad defensionem ponere se audebat.

## ANIMADVERSIONES.

## AD CAP. CXXXVI.

(a) Jeroschinus habet Rodde Fragmentum Thoruniense Rhode. Ex hâc familiâ dubio procul oriundus fuit Wilhelmus de Rode Nobilis Lovaniensis, qui seculo sequenti decies octies in Prussiam expeditione susceptâ tandem anno Domini 1392. obiit & Lovani sepultus est in æde sacra Dominicanorum Choro medio. Lapis sepulcralis hanc habet inscriptionem : *Miles Wilhelme de Rhede  
Mors sepelivit te, cuius multas acies audacia trivit. Tu vice ter-  
senâ Prussos adisti, & semel ad Christi tumulum propriâ sub ba-  
bena &c.* Ex hac stirpe etiam Justus Lipsius genus suum deducit. Nam Ægidius Rhodius Justi Lipsii, de quo nobis sermo est, proavo, filiam suam in matrimonium collo caverat. Uxor etiam Philologi hujus incomparabilis ex hac stirpe fuit oriunda. *Vid. J. Lipsius in Lovanio. lib. 2. cap. 8.*

(b) Hæc usque ad finem capituli infragmanto Thoruniensi desiderantur.

## CAP. CXXXVII.

*De**Expugnatione cuiusdam propu-  
gnaculi.*

Congregati Pogesani rursum bella movere volunt, & procedentes usque Christburg, quoddam Castrum situm juxta ipsum,

Hanno de Sangerhausen VII. Mag. Gen. Ord. Teut.

Conradus à Tierberg Senior IX. Mag. Pruss. Provinc.

ipsum, in quo fideles Pomesani habitabant, fortiter impugnantes, tandem intraverunt potenter, & captis & occisis hominibus, præter eos, qui ad Castrum Christburg confugere poterant, dictum propugnaculum funditus de struxerunt.

## CAP. CXXXVIII.

*De*

*Morte duodecim fratum & quingen-  
torum virorum & de destructione civitatis Christ-  
burg castri Pomesanorum, & suburbii fratrum & oc-  
cisione plurium Christianorum.*

Divanus dictus Clekine Capitaneus Barthorum & Linko Pogesanus cum magno Exercitu intraverunt terram Colensem & dum ad clamorem hujus Exercitus fratres de Christburg & alii convenissent ad terram Colensem, Pogesani, ut Divanus præordinaverat, cum valido exercitu equitum & peditum venerunt ad Castrum dictum Trampere, situm infra Christburg & Mergenburg, in Cujus obsidione reliquerunt pedites, & quendam dictum Colte ipsis Capitaneum præfecerunt. Sed equites transiverunt usque ad territorium dictum Algent, in quo nunc situm est Castrum Mergenburg, & usque ad Insulam S. Mariæ occidendo, capiendo & cremando, quicquid in via eis occurrit. Quo intellecto fratres de Castris Pusilia & Vischovia cum suis armigeris venerunt fratribus & Civibus de Christburg in armis jam paratis in auxilium. Et dum fratres procedentes approxinquarent Castro obsesto, Prutheni cessantes ab impugnatione conversi sunt in fugam. In hac fuga & impugnatione castrorum multi Prutheni occisi fuerunt, & lethaliter vulnerati, & Colte

Gg 2

Capi-